



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

XVI. De aulicorum miseriis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

cum (qui soli tanquam asylum sermoni Judæorum vel Hebraico præbuerunt) is divino munere genius, ut piis manibus, vel contrectati modò, puritatem doctrinæ illico, sudent: dum, pronuntiatio singitur, & exercetur lectio, interim omnibus numeris absolvitur tibi probitatis integritas: præcipue verò, qui non curiosa levitate, sed spe religiosi cuiusdem auctarii, & illustrioris veritatis desiderio litteras Hebræas perdiscendas sibi duxerunt, familiaritatem scilicet cum divina sapientia quærentes liberiorem, ut coram nativam illius eloquentiam audire, & suopre ore salutarem intueri possint; ii minuçissimos apices quidem excutiunt, & veterem Christi vestem saltē fimbriatenus contingere audent: at iisdem vel ignorantibus, vel certè non ambientibus, tamen virtus illa de medico exiens fœdum & sanguinolentum sceleris fluxum sistit. Tantum velipse litterarum contactus, & rude sententiarum schema habet momenti: nedium illa penitissimorum perscrutatio, quæ characterum situ & numero, quæ verborum structura & ordinis pensiculatione peragit.

In PÆRORATIONE hortabitur discipulos; ut summa industria linguam, tam frugiferam, jucundam, & facilem; non (ut autumant) horridam atq; asperam, pon incultam ac tetricam; sed politia mira decoram, atq; adeò ipsa majestate venustam, expeditam, pronam, nulliq; non obviam, (si modò omnium artificum laborem in consilium adhibere statuat, citra quem nihil unquam natura dedit mortalibus,) addiscant.

XVI. DE AVLICORVM misériis.

EXORDIUM à nobilium quorundam stultitia, qui ^{An. Syl-} liberos suos in aulis, quam in scholis malunt ^{vius.} educari.

D 3

PRO-

P R O P O S I T I O. Ideo tibi deliberatum esse, eos, qui Regum ac Principum atria frequentant, vitam tum infelicem, tum miserrimam, ducere, demonstrare.

C O N F I R M . I . L O C U S , a b a d j u n c t a i n f e l i c i t a t i
iporum Regum; & contra, à felicitate hominum pri-
vatorum. Cum Menippus adolescens, apud Ho-
merum Hesiodumque, diversa Deorum scelerale le-
gisset, ea licita esse, atq; honesta credebat: (nam
Dii quod faciunt, quis non arbitretur honestum?)
hic vir postea factus, cum illa tanquam turpia pro-
hiberi legibus animadverteret, incertus animi
Philosophus adiit, sciscitaturus ab eis, quenam esset
optima vita: sed neq; Philosophi satis fecerunt,
cum inter se dissentirent, & alii voluptatem, alii
vacuitatem dolorum, virtutem alii: quidam vero
animi, corporis, & fortunæ bona simul juncta vi-
tam dicerent præstare beatam. Incertior igitur
ille multò quam antea, consulere mortuos decre-
vit, & ad inferos penetravit, ac ex Tiresia, quia &
ipse Vates fuit, ubi vita foret beata percutatus
est; cui cum vates diu respondere negasset, in au-
res tandem insurrans, apud privatos viros opti-
mam vitam (Felicitatem) inveniri dixit. Gyges
quoq; Lydorum Rex, quoniam se præ cæteris for-
tunatissimum reputabat, Apollinem consuluit,
quis suo tempore felix esset? contempnit oracu-
lum, regias opes & apparatus, atq; Aglaum quen-
dam modici ruris cultorem, qui metas agelli sui
cupiditate nunquam excederat, felicem esse re-
spondit. Cum ergo ipse Reges felicitatis sint ex-
pertes, qui felices efficerent aulicos?

I I . A causa efficiente felicitatis vera. Vera causa
 felicis vitæ est virtus: at virtutes à Principum fa-
 miliis frequenter sunt exclusæ, & si quando casu
 aut errore limen ipsorum ingrediuntur, evestigio
 fugere coguntur, perterritæ finistris moribus qui-
 bus

bus in altis palatiis vivitur: Metant ergo hunc agrum histriones, adulatores, & alii nebulones, qui nigra in candida vertunt.

III. *A causis felicitatis falsis.* Omnes enim, qui in aulicorum tribum descendunt, & latera Regum stipant aut honores querunt, vanamque gloriam venantur, aut potentiam, aut divitias, aut voluptates, at in his vera felicitas non consistit. Adhæc, quis verum honorem in aulis dixerit inveniri? ubi saepe non dantur honores secundum virtutes; sed ut quisque ditior est & potentior, eò magis honoratur. Etsi non negem eos etiam interdum evichi pauperes, qui Regum crudelitati, avaritiæ, & aliis moribus sese accommodant. At hic non est verus honos, nec stabilis, qui ex radice venit non bona.

Hic præoccupabis objectionem: At transeuntibus illis per urbem alii denudant capita, cedunt loco, salutem dicunt, manus osculantur. Ita est certe; at ubi transierint, illi sunt, inquiunt, qui *Principem nostrum* seducunt, qui bellum suadent, qui vectigalia augent, qui verso pollice quos volunt ex nobis occidunt, quos dii deaq; omnes perdant. Hujusmodi est honor aulicorum, qui si te, quisquis es, delectat, non verebor te stultum atq; insanum affirmare. Adhæc, cum honor sit duplex: alter, qui à viris laudatis provenit, alter multitudinis, stultus est, qui pri-
mum in omnibus aulis venatur, cum verus honor *Vulgilaudos* inveniri non queat, ubi virtutes non regnant; qui *vir prudens* vero alterum querit, multò stultior est, quia rem *pro nihilo* sequitur instabilem & incertam, & si sibi plurimos videat præferri etiam indignissimos, perpetuis cruciatibus affligitur: imò qui honoris est avidus, nusquam magis quam in aulis affligitur: maxime cum insatiabilis sit humanæ gloriæ appetitus, ideoque semper altius evolare aulici contendant.

In aulis sunt
multi amu-
li, simulta-
yes, odia; in-
cidunt suspi-
ciones, pa-
rantur insi-
dia, perstre-
punt undique
delatores:
Vide Thea-
trum vindis-
tae divinae
Cic. 2. de Of-
fici. Tellun-
tur in alium
ut lapsus gra-
tiae sunt. Clitum, suæ nutricis filium Alexan-
diore ruant. Macedo, sua manu interemit. Sophia Iustini Imp.

Nulla etiam apud Principes Potentia est di-
turna, imò nullius status debilior, nullius incer-
tior est, quām eius qui apud Principem videtur
esse potentior, cūm omnis potentia invidiæ si-
subjecta. Accedit, quōd, ut oculus parva festucă
turbatur; sic Principum gratia offensione vel mi-
nima cadit. Apud Adrianum Imp. delatorum vo-
ces adeò valuerunt, ut amicos quos ad summum
promoverat, postea hostium loco habuerit. Sej-
nus ad tempus in aula Claudii potentissimus, uni-
ca Principis Epistola captus est, ac per urbem un-
co ductus ad spectaculum, & in Tiberis ripa trun-
catus, omnesque ipsius statuæ ex Capitolio deje-
ctæ sunt. Clitum, suæ nutricis filium Alexan-
diore ruant. Sophia Iustini Imp.
vidua ad Imp. Tiberium Constantinum ait: Fieri non
potest, ut in nimia Principum familiaritate For-
tuna præstet fidem diurnam. Sidonius: Regum
consuetudo flammarum naturæ similis est, quæ
sicut paululum à se remota illuminant, ita satis
admodum comburunt. Tacitus: Breves & infausti
sunt Principum amores. Polybius: Qui Regias
Principum sequuntur, pro Regis voluntate nunc
beati, nunc miseri existunt. Qui in aulis sunt po-
tententes, ii mille circa se oculos habent, & totidem
linguas ad ruinam ipsorum aspirantes. Ruin-
tutes, quæ juxta flumen sitæ, perpetuum in se
aqua cursum recipiunt; & complures autici ex
gradu præcipitati, quantò prius potentiores cen-
sebantur, tantò post debiliores fiunt, & sunt ini-
micis gaudio, amicis verò & sibi dolori, molestiæ,
atque dedecori. Transeo ad eos quos divitiae in
aulæ carceres attrahunt, quique cum Horatio la-
borem ferre se dicunt, Senes ut in otia tuta recedant.
Vel cum Juvenale: Quo sit mihi tuta senectus à re-
ge te & baculo. His non objiciam verba Christi,
quibus tam difficile esse docet intrare divitem in
regnum

regnum cōlorum, quām per foramen acus transi- *Mare. 10.*
re camelum; sed agam cum illis pingui Minerva.
Assero igitur, ipsos, ut divitias comparent liber-
tatem vendere; & multos divites esse necatos,
(& ex omni generosorum equitum manipulo ex-
punctos,) iussu eorum, qui eos ditaverunt. So-
lent enim nonnulli Principes sic quibusdam mul-
ta largiri, ut nos sues pascimus. *Senecam* certè, &
Longinum propter divitias interemptos esse Juve-
nalis affirmat.

Ad extremum, quis non vider quām stulte
agant, qui obsequia Principum amplectuntur, ut
splendidos equos conspiciant, bella geri, exerci-
tusq; concurrere videant, & similia contemplen-
tur? Hæc enim omnia multo jucundiora sunt pri-
vatis hominibus: quia qui servitio Regum man-
cipatus est in bellis non ut spectator, sed ut miles
aderit, huc atq; illuc concursabit, ac hostem feri-
re, seq; tueri magis, quām oblectare oculos cogi-
tabit. Pauca grata audiunt: nunc enim civitates
captæ, nunc viri præstantes occisi, nunc rapinæ
commissæ referuntur, &c.

IV. *Ab adjunctis periculis, & difficultatibus aulica* Percurre re-
vita. Zenonem Philosophum senem admodum liquos sensus.
Phalaris Tyrannus omni cruciatus genere dilac-
eravit. Anaxagoras nobilis Philosophus ab Ana-
creonte Cypriorum Rege occisus est. Boethius iussu
Theodorici Regis interiit. Cyrus Persarum Rex
Harpago familiari suo, admodum antè charo, filios
epulandos in convivio dedit. Cambyses Praxaspis
filium sagitta transfixit. Callisthenes, dum adorari
more Persico Alexandrum prohibet, truncatis ma-
nibus & pedibus, effossis oculis, naribus & auribus
amputatis, miseram vitam in carcere ducere cogi-
tur: cui cùm Lysimachus in remedium ærumna-
rum venenum obtulisset, leoni objectus est.

Taceo innumera tædia, quæ aulicis nocturno

D 5 tem-

tempore sunt devoranda; non dico ipsos raro certe tempore comedere, mercedem laborum difficer extorquere, & similia.

In EPILOGO monebis Auditores, ut mirabilem hanc ollam studiosè devitent.

XVII. VITUPERATIO OTII.

EXORDIUM: Homines prudentes, ab iis rebus abduci facile patiuntur, quæ cum aliqui turpitudinis labe, & incommodis multis sunt coniunctæ.

PROPOSITIO: Cùm igitur tuos in liberalibus studiis ab otio cupias esse alienissimos, ribi propositum esse affirmabis, & insignem turpitudinem & incommoda huius vitii ipsis demonstrare.

CONFIRMATIONIS I. LOCUS ab adjungi turpitudine. Quòd admodum turpe sit, hominem ad laborem, teste Job, natum, aspirare ad orium,

cùm nihil in mundo otio vacet, ne Deus quidem totius mundi opifex. Pater meus usq; modo operatus

Gen. 2. v. 15. ait Christus, & ego operor. Angeli omnes, teste Apo-

Ioan. 5. v. 18. stolo, sunt administratorii spiritus, &c. coelestes or-

Heb. 1. v. 14. bes nulla quiete interposita, continenter agitan-

Serm. 6. ad fratres in Eremo. tur. Omnes agunt, ait S. August. quod agere debent;

quam ergo turpe est solum hominem de ignovo

otio agendo cogitare? maximè cùm ipsi dictum

Praef. in Luc. sit, quod nulli, ut ait Ambrosius, aliorum animantium,

Gen. 3. v. 19. In sudore vultus tui manducabis panem tuum.

II. AB INCOMMODIS. Nam PRIMÒ, otio patefit

janua diabolo, & eius tentationibus. Est enim pul-

Epiſt. 4. vinar diaboli. Hinc S Hieronymus. Aliquid operu-

Lib. 10. Inst. facito, ait, ut semper te diabolus inveniat occupatum.

Mor. c. 25. Joa. Cassianus. Hac, ait, apud Ægyptum ab antiquis

Patribus sancta est sententia, operantem Monachum

demoni uno pulsari, otiosum verò innumeris spiritibus

devastari.

SECUN-